



10160

1772, 30. 39

PROCANCELLARIVS
CAROLVS FERDINANDVS HOMMEL

FACVLT. IVRIDICAE LIPS. ORDINARIVS

SVMMOS IN IVRE HONORES

VIRO DOCTISSIMO

DOMINO

EHRENHOLD FRIDERICO BIDERMANNO

DIE XXI. MAII MDCCLXXII.

CONFERENDOS

INDICIT

Rhapsodiae Supplementa.

L I P S I A E

EX OFFICINA LANGENHEMIA



PROFESSORIAL ARIST
CAROLUS FERDINANDUS HOMMEL
INSTITUTIONES
SYNOPSIS IN VITE HOMINIS
ET MORALIUM
ET POLITICARUM
ARTIUM
ET MUNDI
HISTORIA
ET GEOGRAPHIA
ET COSMOGRAPHIA
ET METEOROLOGICA
ET ASTRONOMICA
ET CHRONOLOGICA
ET GENEALOGICA
ET HERALDICA
ET SIGILLORUM
ET MONETARUM
ET NUMISMATICARUM
ET ANTIQVITATVM
ET MONVMENTORVM
ET EPICVRAICARVM
ET PNEVMOLOGICARVM
ET METAPHYSICARVM
ET THEOLOGICARVM
ET SACRILEGICARVM
ET IURIDICARVM
ET MEDICINARVM
ET VETERINARIARVM
ET ANATOMIARVM
ET CHIRVRGICARVM
ET OPTICARVM
ET ACOUSTICARVM
ET PNEVMATICARVM
ET AERIALIUM
ET MAGNETICARVM
ET ELECTRICARVM
ET OPTICARVM
ET ACOUSTICARVM
ET PNEVMATICARVM
ET AERIALIUM
ET MAGNETICARVM
ET ELECTRICARVM





OBSERVATIO DL.

*Actio ad repetendam dotem contra maritum
ad inopiam vergentem saepe inanis.*

*Vxor durante matrimonio dotem recipiens
marito satis dare cogitur.*

Non solum veteri Pandectarum iure, L. 20. L. 24. ff. so-
lut. matrim. dos quemadm. quo vxoribus hypothe-
ca et praelationis priuilegio nondum prospectum
erat, verum etiam recentioribus Iustiniani legibus, nem-
pe nouella 97. capite sexto ita scriptum est: *Quia enim de-*
dimus (nempe in L. 29. L. 30. in fin. C. de iure dot.)

A 2

mulie-

- mulieribus electionem, etiam constante matrimonio, si male res maritus gubernet, et accipere dotes et gubernare secundum decentem modum et, si ut nostra constitutio dicit, sibi met culpam inferat, cur, mox viro inchoante male substantia uti, non*
2. *auxiliata est sibi, etc.* Vnde etiam recentiores in Germania iureconfulti LEYSER *Specim.* 317. CARPZ. *P. I. Const.* 28. *Defin.* 69. STRYK. *Vf. Modern. lib.* 24. *tit.* 3. *§.* 8. idem remedium repetendae dotis adhuc hodie obtinere,
 3. existimant. Valde tamen hunc actionem periculosam esse, sequentes Decidenti Rationes docebunt, mense Decembri 1770. Pirnenli praefecto transmissae.

Obwohl Beklagter, das Klägerin ihm 2000 Thaler ein- und zugebracht, so wohl auch dieses, das er ihr, da sein Ritterguth Schulden halber bereits sequestrirt sey, keine Sicherheit zu bestellen vermöge, unbewunden eingeräumt: solchemnach

4. aber das wenn Klägerin, durch tüchtige Bürgen oder Pfande, dem beklagten Ehemanne oder dessen Erben oder Gläubigern Sicherheit dahin zu bestellen vermöchte, das auf ihrem etwa noch bey des Ehemannes Lebzeiten sich ereignenden Todesfalle, jene nicht gefährdet, sondern sothane 2000 Thaler nichts desto weniger den mobiliar Erben zu fallen solten, ihr das Heyrathsguth noch während der Ehe ausgezahlt werden müsse, mit vielen Scheine Rechtens zu behaupten stünde, und dann Klägerin ferner, das nicht allein sein Ritterguth, so er in einem übertriebenen Preise für 18000 Thaler erkaufet, bereits mit 3000 Thaler und wiederum 3000 Thlr. ausdrücklicher Hypothek behaftet, sondern auch wegen einer chirographarisehen Schuld von 7000 Thalern und bereits 800 Thaler. daran rüksün-

rückständigen Zinsen, die nur gedachte Sequestration angeleget sey beygebracht und, da er hierüber sich in französische Kriegsdienste begeben, sie von ihm einigen Unterhalt (welcher doch so gar des Mannes Gläubiger, wenn sie den Niesbrauch von des Weibes Einbringen, so lange der erste lebet, verlangen, des Schuldners Eheweibe zu reichen verbunden) künftig nicht erhalten dürfte, anführet. Ueber dieses alles annoch, das wenn auch Klägerin auf Herausgabe des Ehegeldes derer 2000 Thlr. gerichtetes Suchen unstatthaft wäre, doch wenigstens Beklagter auf alle Fälle wegen letzterwehnten Unterhaltes für schuldig zu vertheilen sey, dafür gehalten werden möchte.

Dennoch aber und diemeil wenn ein verschuldeter Ehemann dem Weibe wegen ihres Einbringens nur einigermaßen Sicherheit zu bestellen vermag, die auf Herausgabe des Heyrathsguthes angestellte Klage hierdurch alsobald vereitelt wird.

cap. 7. X. de donat inter vir. et vx.

Wie denn auch dem verarmten Ehemanne allensals nur die Verwaltung, nicht aber der Genuß, vielweniger das bürgerliche Eigenthum der Mitgüß entzogen werden kan, und Beklagter annoch ein Ritterguth besizet, wodurch Klägerin ihres Einbringens halber, kraft des stillschweigenden Pfandes, satfam gesichert, indem sie allerwenigstens der chirographarischen Schuld von 7000 Thalern nebst deren Zinsen vorgehet, und wenn gleich Klägerin, wasmaassen es leicht geschehen dürfte, das bey einer langweiligen Sequestration, wobey ein Guth meist gar sehr verringert wird, sie entweder ihr Einbringen gar verlihren, oder doch wenigstens unterdessen keinen Unterhalt

terhalt haben könnte, in der Klage neben bey zu erkennen gegeben, sie doch auf Darreichung des letztern vorjezo nicht geklaget, sondern die Schlussbitte lediglich auf die Herausgabe der eingebrachten 2000 Thaler gerichtet: Nicht zu gedenken, dasz solche Erwähnung des ihr zur Zeit noch nicht entzogenen Unterhaltes, auf eine Beschwerde über noch unbesehene Dinge hinaus läuft, bey welchem allen gleichwohl derselben, wenn sie ihr Vorbringen auf andere Art begründet, amnoch solche Forderungen (RHAPS. Obl. 238.) jedoch nur dergestalt freyseheth, dasz wenn sie aus dem sequestrirten Guthe keinen Unterhalt empfängt, sie auf Eröffnung des Concurfes antragen und mit den übrigen Gläubigern, des Vorzuges halber, verfahren kan, wannhero sie nicht schlechterdinges, sondern nur angebrachter maßen abgewiesen zu werden verdienet, welches gleichwohl nicht hindert, dasz die Unkosten (RHAPS. Obl. 123.) gegeneinander aufgehoben werden können.

OBSER-

OBSERVATIO DLII.

Ianuam in vicini fundum ne aperias.

Fenestras aperire licet, vt lumen haurias. Alia ratio januae, ex qua non oculis sed pedibus exspatiari possis. Nam inuito altero fundum eius introire inter injurias reputatur. *L. 20. §. 1. ff. de seruit. praed. urb. кочн. de Iure Vicinit. cap. 8. num. 3. et 10.*

Plura non addo, ne diutius differatur causa, quae hanc praelusionem necessariam fecit. Nempe solennia indicenda et dies, quo doctissimus iuris candidatus

D O M I N V S

EHRENHOLD FRIDERICVS
BIDERMANNVS

doctor creabitur. Natus est Annabergae 1741. die secundo Martii patre IOHANNE AVGVSTO, Syndico ciuitatis et AccisarumInspectore; matre DOROTHEA SOPHIA STOCKIA. Parentum cura priuatim aliquamdiu institutus, deinde scholae publicae traditus magistros ibi KEMNAMVM habuit

MÜLLE-

VIII

MÜLLERVM et RICHTERVVM, nunc Rectorem Zittau-
ensem, et MARTINIVM, qui nunc praeest Gymnasio Ra-
tisbonensi. Nec omisit ipse pater filium in religionis
cultu et in litteris exercere. Anno 1759. Lipsiam venit,
et ciuis noster factus est Rectore WINKLERO.
Hoc eodem in cognoscenda omni Philosophia et Expe-
rimentis Naturalibus doctore vsus est; in Logica SEYD-
LITZIO; in Matthesi HEINSIO; in Morum disciplina
et Rhetorica GELLERTO.

Historiam Vniuersalem ERNESTIVS eum do-
cuit, Statuum BOEHMIVS, Imperii BELIVS,
Iuris, SEGERVS. Institutiones interpretanti adfuit
BREVNINGIO, Pandectas ZOLLERO, Ius Canoni-
cum WITZLEBIO. Imprimis SAMMETIO adhaesit
Ius Naturae, Ius Publicum Vniuersale, Institutiones, Pan-
dectas, Hermeneuticam Iuris, Ius Feodale tradenti.
Biennio studiorum nondum exacto, patris mors ei cala-
mitosa extitit, immo grauior fuisset, nisi GELLERTI et
KOERNERI patrocinio egregie sustentatus fuisset. His
duobus se fere omnia debere profitetur, vtque illum luget
ita pro KOERNERI vita et salute vota facere non desi-
net; GELLERTI commendatione imprimis factum, vt a

TAV-

TAVBIO Equite Liuono ad lectiones cum ipso repetendas adhiberetur. Quo tempore vna cum TAVBIO habitans in beati SCHVBARTI aedibus, huius quoque in se voluntatem expertus est. Habuit etiam in WAGNERO, nunc Dresdae serenissimo Electori ab intimis in Camera consiliis, patronum, qui tunc Lipsiae Comites quosdam et Barones iurisprudentia practica imbuens, fuit eum auditorem interesse.

Anno 1763. BOEHMII nunc Rectoris Magnifici commendatione factum est, vt ei BÜNAVIVS Electoris Consiliarius Intimus filium suum Dresdae instituendum committeret. Sequenti anno GELLERTI consilio in Esthonia a BREVERII Consiliarii Status Russici vidua praefectus est liberis natu minoribus doctrina formandis: praeter quos in disciplinam accepit etiam KVRSELLIAS tres et OSTHOFIAM, nobilis generis virgines; item Baronum TIESENHAUSII, militiae Russicae Ducis, et VLRICI, Prouinciae Marechalli, filios. In qua quidem Breueriana domo sibi bona contigisse ait plurima, vt vitam ibi actam longe iucundissimam et Esthoniā quasi alteram patriam reputet.

B

Anno

Anno 1768. Petropolin adiit, vbi per aliquod tempus commoratus, tandem in Saxoniam redeundi consilium coepit. Nempe BARANOFIVS et HELMERSENIVS, Barones et Consilii Prouinciales Esthoniae ei suum vterque filium in Academiam nostram ducendum et eorum studia regenda commiserunt. Venit igitur cum his Lipsiam eodem anno, et praeceptoribus academicis operam dare denuo coepit. Assedit nempe GELLERTO iterum rhetoricam, CLODIO Horatium et rem litterariam exponenti; REITZIO Logicam et Ciceronis quaedam interpretanti. Apud WITZLEBIVM audiuit Mathematicam puram et applicatam; apud SCHOTTVM Institutiones et Ius Naturae, apud SAMMETIVM, Pandectas, apud ZOLLERVM Ius Criminale. A CREYTZIGERO didicit, quomodo ex actis iudicialibus Relationes faciendae sint. WINKLERVS eum docuit Processus rationem et in libellis conscribendis exercuit; SEGERI Doctrina vsus est in Iurisprudentiae Romano-Germanicae systemate percurrente. Deerat ius Canonicum, cuius causa meas scholas adiit. Inter hos omnes SEGERI potissimum et WINKLERI in se benevolentiam singularem praedicat. Postquam adolescentes, quibus praeerat, in patriam hinc disces-

discefferant, Collegio nostro examinandum se obtulit, praeterito anno die 23. Decembris et Iuris Baccalaureus factus est. Nuper autem die 10. Aprilis alterum Examen, quod rigorosum dicitur, subiit, in quo suae iuris scientiae rationes tales exhibuit, ut ei maximos, quos dare possumus honores decerneremus. Debet autem prius publica quaedam edere suae eruditionis specimina et proximo Mercurii die publice interpretari *L. 4. C. de liberis praeterit. vel exhaeredat.* Deinde sequenti die, qui Iouis est, inauguralem disputationem, quam de *vera sententiarum nullitate suae insanabili*, ad *Recess. Imp. Nouiss. §. 121 et 122.* conscripsit, defendere. Haec cum rite peracta fuerint promotor rite a me constitutus Vir Excellentissimus et Iuris consultissimus Dn. IOSIAS LVDOVICVS PÜTMANNVS, *Tit. de Verb. Signif. et Reg. Iur. P. P. O. et Facultatis Iuridicae Assessor*, Collega honoratissimus, Priuilegia tam communia quam Lipsiensibus doctoribus propria, sola spe adipiscendae sessionis in collegio nostro excepta, ei tribuet. Quae solennia vt MAGNIFICVS ACADE-

MIAE

XII

MIAE RECTOR, ILLVSTRISSIMI COMITES, HY-
IVS VNIVERSITATIS ET VRBIS PROCERES,
CIVESQUE frequentare velint, reuerenter rogo.
Dabam Lipsiae Dominica Cantate MDCCLXXII.




Leipzig, Diss., 1772 A-R



f
TA-70L

Nur 23. Stk. bisher versch.





10160

1772, 30. 39

PROCANCELLARIVS
CAROLVS FERDINANDVS HOMMEL

FACVLTV. IVRIDICAE LIPS. ORDINARIVS

SVMMS IN IVRE HONORES

VIRO DOCTISSIMO
DOMINO

EHRENHOLD FRIDERICO BIDERMANNO

DIE XXI. MAII MDCCLXXII.

CONFERENDOS

INDICIT

Rhapsodiae Supplementa.

L I P S I A E

EX OFFICINA LANGENHEMIA

